

**7611** Albae rep. paucis abhinc annis in dirutis aedibus.

HERMES · ET  
ELATE · SERVI

Vernazza, qui descripsit a. 1783, ms. et Alb. p. 8 (cf. p. 47). Inde Muratori Vag. n. 123.

**7612** Albae.

T · METTIVS · T · F  
POLLIO

Gavotus in auctario Marcanovae Genuate f. 151'.

**7613** Albae.

VLATTIAE · ELICINE  
ETOCMVS · VLATTI · RVFI  
CONTVBER · B · MERENT  
ET · SIBI

Gavotus in auct. Marcanovae Genuate f. 152 et cod. Olivae f. 83.

Versuum divisio incerta. — 2 ETOCINVS Oliv.

### CXIX. POLLENTIA (*Polenzo*). *Tribu Pollia*.

Pollentia (ita tituli quos in fine huius praefationis composuimus et urbanus Fabrett. 131, 70: *T. Manianus L. f. Pol. Seneca dom. Pollent.* et Britannicus vol. VII n. 156: *C. Mannius C. f. Pol. Secundus Pollen.*; male in titulis duobus Mogontiacensibus Brambachii 1180: *Q. Luccius Q. f. Pollia Faustus Polentia* et 1188: *L. Statius L. f. Poli. Pole.* omittitur alterum *l*, ut in horum secundo itemque in Helvetico inscr. Helvet. n. 269: ... *ugiacus.. f. Polia Super.. lentia* pro *Pollia* est *Polia*) oppidum Pollentinorum (ita *civis Pollentina* n. 7045 et alibi) situm ad confluentes Tanari et Sturae recensetur in Liguria enarratione apud Plinium 3, 5, 49 et Ptolemaeum 3, 1, 45 (Πολεντία libri) et apud alios auctores antiquos saepius quam reliqua Liguria oppida nominatur, modo lanam fuscam inde venientem laudantes (Columella 7, 2, 4; Plinius 8, 48, 191; Silius 8, 599; Martialis 14, 157. 158), modo calices eius eximios (Plinius 35, 12, 160; Martialis l. c.), modo res referentes ad eam vel in ea gestas. Supra p. 850 iam vidimus in bello a. 711 quanti interfuerit D. Bruti et Antonii, uter eorum ab Aquis ille iter faciens, hic a Vadis alterum praeveniret in occupanda Pollentia. De turbis Pollentiae ortis aetate Tiberiana Suetonius (Tib. 37) narrat: *cum Pollentina plebs funus cuiusdam primipilaris non prius ex foro misisset quam extorta pecunia per vim hereditibus ad gladiatorium munus, cohortem ab urbe et aliam a Cotti regno dissimulata itineris causa detectis repente armis concinentibusque signis per diversas portas in oppidum immisit ac partem maiorem plebei ac decurionum in*

*perpetua vincula coniecit.* — A. 403 d. Martii 29 ad Pollentiam proelium commissum est inter Alaricum et Stilichonem ducem imperatoris Honorii a multis celebratum (Oros. 7, 37; Iordanis Get. 30; Prosper et Cassiod. ad h. a.; Claudianus Get. 635, de VI cons. Honorii 127. 202. 281), quod quamquam dubii eventus tamen Italiam a Gothis illo tempore liberavit. — *Praefectus Sarmatarum gentilium in Liguria Pollentia* est in Notitia occid. p. 121. — De tribu Pollentinorum Pollia constat ex titulis supra relatis militum origine Pollentinorum; qui invenitur n. 7619 homo *Reatinus tribu Pollia*, origine Reatinus postea tribum mutasse videtur civis Pollentinus factus. Num propter id cogitandum sit de colonis aetate imperatoria deductis Pollentiam, non liquet. Omnino de pristino oppidi splendore hodie ad exiguum vicum redactis magis constat ex aedificiorum publicorum sacrorumque reliquiis, de quibus praesertim conferendus est Iosephus Franchi-Pont *dell' antichità di Pollenzo* in actis acad. Taurin. a. 1805/8 p. 321—510, quam ex titulis, qui non tantum rari emergerunt, sed etiam ita commixti sunt cum vicinis Albae Pompeiae, ut quid utri attribuas saepe haereas. *Sacerdos femina divae Plotinae Pollentiae* n. 7617, *mag(ister) Aug(ustalis) Pollent(iae)* n. 7604, *T. Fadus T. l. Pollentinus mag. Aug.* n. 7646, *Vlvir Aug. Pollent.* n. 7670, *coll(egium) dendr(ophorum) Poll(entinorum)* n. 7617. 7618 cum oppidi nomen enuntient, sola fere certa sunt. Notabilis praeterea est *purpuriarius* n. 7620 tribum habens Pollentinorum.

**7614** Pollentiae rep. ante annos duos ab architecto Randoni FRANCHI-PONT. Deinde epistylum ruptum est et maior pars pavimento inserta; frustum extat Pollentiae in museo regio, certe ego hoc solum ibi repperi.

A E D E M · V I C T O R I A E | C V M · S V  
M A R M O R E V M · P O R T I C V S · F A S T I G I V M · S ·

Vidi quae dantur rectis. Ios. Franchi-Pont *dell' antichità di Pollenza* in actis Taurin. 1805/8 p. 340; Caes. da Saluzzo in iisdem actis ser. 2 vol. 11 p. 284; Anonymus Gazzerae; Promis *Tor.* p. 474 n. 240; Muratori Vag. n. 166; Bruzza ms., qui non vidit nisi quod vidi ego.

**7615** cippulus exiguus rep. ante a. circiter X prope Pollentiam in campis occidentem versus SALUZZO 1849. Pollentiae frustra indagavi.

SAL · VOS  
I · RE  
SAL · VOS  
VE · NI · RE  
5 DATE · EX  
A G I N N  
N V M

Caes. da Saluzzo *sopra un' antica iscr. Latina* (act. Taur. ser. II vol. 11 p. 279 seq.) cum tabula optime facta. *Salvos ire, salvos venire date ex Aginum;* debuit esse *ex Aginno*. Aginum est Agen in Gallia.

**7623** rep. Pollentiae in vicinanza del campo della Morra, nunc Albae in hortis domini Veglie di Castelletto ANON. In iisdem hortis, nunc Mermet, vidit PROMIS et vidi ego quoque, sed superficie tota detrita.

M · GALERIVS  
m. L · PHILIPPVS  
TITVLVM · POSVI  
VIVS · MI · ET · MEIS  
5 LIBERTIS · ANT<sup>e</sup>  
TITVLVM · M<sup>cum</sup>  
DRANEI

Duo exempla extant inter Gazzeriana, Anonymi (inde male Gazzera *Bull. dell' Inst.* 1832 p. 37; ex Gazzera Henzen 7370) et Promisii. A prioribus Muratorius Vag. n. 167 = 168.

I M AN., H PROMIS. — 2 F L · PHILIPPV. AN., L · F · VALERIA PROM. — 4 VIVS · MI · ET · MEIS ANON., VIVS · ET · FILIS... PROM. — 5 LIBERTIS ANTI AN., LIBERTIS · AV... 'sic' PROM. — 6 in TITVLVM desinit Promis.

**7624** Polentiae.

P · CIA / / / / / / /  
P · L · CORINTHVS  
MAECIAE · C · L  
CORINTHIDI · MATRI  
5 C · MAECIO · C · L  
SECVNDO

Gavotus in auct. Marcanovae Genuate f. 151<sup>4</sup> et cod. Olivae f. 62.

Versuum divisio incerta. — 5 MAETIO traditur.

**7625** Pollentiae in hortis.

VNI  
SVRI

Descripsi.

2 prima littera aut s aut b fuit.

**7626** Pollentiae in museo.

ENTI

Descripsi.

**7627** Pollentiae rep. in aediculae S. Petri pariete, nunc in museo SALUZZO. Ego non vidi.

IN · AGR · AD · PED

Caesar da Saluzzo in act. Taur. ser. II vol. 11 p. 284.

**7628** rep. in agro Pollentino, extat Pollentiae in castro regio.

SIMPLICIO POLEBI · F  
TERRACONENS  
ANNIS XXV<sup>o</sup> IN PA  
X · KAL · IANVARIAS  
5 VII · KAL · SVFRA · DIC  
AVRELIUS PADVS M  
columba CONIVC

Contuli. Gazzera ms. et act. Taurin. ser. 2 vol. 11 p. 166 cum supplementis tacitis; Muratori Vag. n. 170 ex schedis Gazzerae; Bruzza ms.

### C. Ad Saluzzum inter Sturam et Padum.

Ad occidentem a Pollentia ad Padum usque quae inventa sunt in oppidis vicisve Caramagna, Raconigi, Villanova Solaro, Marene, Savigliano, Saluzzo, Pagnò, Verzuolo, Piasco, Fossano, Centallo, hoc capite comprehendimus. Hunc agrum olim Pollentinorum fuisse probabile est, adiuvatque eam coniecturam tribus Pollia ibi frequens (n. 7630. 7635. 7655. 7656. 7659. 7660. 7662), cum Camilia Bagienorum nusquam nominetur, item n. 7646 titulus magistri Augustalis Pollentini. Titulus autem n. 7629 positus est a muliere oriunda ex vicinis Taurinis regionis Transpadanae, itemque homines tribuum Fabiae n. 7648 et Quirinae

n. 7651 peregrini fuerint necesse est. Maioris momenti est, quod titulus n. 7643 ostendit Piasci stationem fuisse 'huius provinciae et urbis sacrae', scilicet quadragesimae Galliarum; quos fines recte item referemus ad fines regionis nonae Italiae et provinciae Alpium maritimarum.

'Saviliani in Taurinis ante paucos annos repertam esse veterem inscriptionem litteris incognitis' scribit Donius p. 565. Vere Etruscam repertam esse non longe inde Buscae infra videbimus; conferri poterit item Morozzensis n. 7716.

**7629** rep. a. 1866 in abbazia Caramagna prope Raconigi.

TULLIA · C  
FLAMINICA ·  
IVLIA · AVGVSTA

Promis dedit mihi; Muratori Vag. n. 224a habuit per Canavesium a pictore Andrea Vinaj.

Eiusdem flaminicae Iulia Augusta Taurinis titulus est n. 6954.

**7630** Santo Dalmatio è chiesa piccola et antichissima fuori di Raconigi in una campagna, dalla quale sino a Pollentia discosto nove miglia dicono passare una strada sotterranea. Et nelle campagne et vigne circonvicine a lei, arando, ogni di si trovano varie anticaglie, che sono portate via. Nel muro di fuori a man dritta è murata sul canto l'infra scritta antichità FERRARIUS 1567.

equitis  
figura  
sacrificium cum animalibus  
compluribus tempore corruptum  
C · MOTTIVS · C · F  
POL · CELER  
T · F · I · SIBI · ET  
C · MOTTIO · C · F · POL · RVFO  
5 PATRI  
VETTIAE · L · F · SECVNDAE  
MATRI  
C · MOTTIO · C · F · MAXVMO  
FRATRI  
10 MOTTIAE · C · F · SEVERAE  
SORORI  
RVFVS · MOTTIVS · C · F · POL  
ADIVTORE ATI

Mauritius Ferrarius primum d. 12 Mart. 1567 partem inferiorem v. 2—13 per fratrem et cum Cicereio communicavit et cum Manutio cod. Vat. 5237 f. 384; deinde a. 1569 utranque item misit et Cicereio et Manutio cod. Vat. 5237 f. 380 (inde Don. 11, 25 ex schedis Vaticanis; Mur. 1267, 8 ex Donio; Promis *Tor.* p. 149 n. 27; Muratori Vag. n. 233).

3 T · E · I Man. f. 380.